

EL «BREVIARIUM DE MUSICA»  
DEL MONJO OLIVA  
(mort després del 1065)

La musicologia, malgrat ésser una ciència tan moderna, ha tingut força per a revaloritzar la mateixa cultura antiga dels pobles. A mida que hom estudia el fet musical d'una escola o d'un monestir medieval, es veu més clar que la floració artística estava sempre en relació directa amb el fet cultural: n'hi ha prou, en veure que la pràctica musical era allí florent, per dir que les altres arts també hi eren estimades i practicades en gran escala.

En el cas de Ripoll, es fa pales encara més aquest punt. Malgrat les diverses vegades que hem tractat de la música a Ripoll en els temps antics, manca encara una monografia de conjunt sobre aquest tema. Les dades que coneixem fins ara, demostren bé que la florida del cant i de la notació musical en aquell cenobi foren durant els segles x-xiii; dels temps posteriors en sabem poca cosa.

Esperant una ocasió bona, ens limitem avui a donar el text del *Breviarium de Musica* del monjo Oliva, contemporani del bisbe-abat homònim. El monjo Oliva, matemàtic, poeta, escriptor i músic, ens ha llegat el seu tractat teòric sobre el monocord com a instrument medieval de l'escola de cant. Oliva, en escriure el seu tractat, el titulà *Breviarium de Musica*; cal recordar que aquest nom el va emprar també el monjo alemany Frutolfus von Michelsberg, mort en 1103, posterior, per tant, de molts anys al nostre Oliva.

Aquest tractat es conserva únicament a Barcelona (Arxiu de la Corona d'Aragó, Ripoll, 42), en un manuscrit copiat els anys 1018-1046. Com diguérem en el Congrés Internacional de Musicologia de Viena l'any 1927, es tracta d'una col·lecció dels teòrics principals coneguts a Europa, des de Boeci, del segle v, passant pel *Liber enhiriadis de Musica*, del segle ix, el *Liber Ubaldi peritissimi musici de Harmonica Institutione* de l'Hucbaldus de St. Amand (Tournai) de començament del segle x, i altres tractats més o menys fragmentaris. Tots

aquests tractats van precedits pel *Breviarium de Musica* susdit. Això vol dir que el monjo Oliva coneixia bé els teòrics musicals més il·lustres que corrien de mà en mà a l'Europa del seu temps.

El tractat del monjo Oliva ha restat inèdit fins avui. Fou només el P. Villa-nueva qui en el seu *Viatge*, VIII (1821), en parlar del monjo Oliva, va publicar una part dels versos que segueixen el citat *Breviarium*. Sobre el monjo Oliva com a músic, vegeu la nostra obra *La Música a Catalunya fins al segle XIII* (Barcelona 1935), 64 ss. i la bibliografia que allí se cita.

El monocord medieval consistia en una corda estesa damunt una caixa de ressonància, de fusta, la qual, per mitjà d'un cavallet movable que es corria més amunt o més avall, servia per a midar els intervals de l'escala i per a investigar i demostrar les lleis de l'acústica musical. Més tard constava ja de dues o de tres cordes, de manera que es podien ben sentir els intervals i els acords. A part l'orgue, a l'antiga Edat Mitjana, el monocord era l'únic instrument que oferia garantia per a conèixer bé els intervals. I donat que la mida justa de l'orgue únicament la donava el monocord, es comprèn l'èxit i el gran valor que tingué el monocord en els temps medievals per a la pràctica i la teoria musical.

Per les dades dels antics es veu clar que en temps vells es coneixien tres menes de monocord; *a) el monocord* com a instrument, poc conegut i relativament poc evolucionat; *b) com a mitjà pràctic* per a l'exposició de les consonàncies i per a l'ensenyament de les relacions dels sons (en aquest sentit, fou molt conegut); *c) com a sistema tonal*. El nostre Oliva tracta del monocord en el sentit del *b)* i estudia la seva divisió segons els gèneres diatònic, cromàtic i enarmònic de la música, seguint Boeci, parla de les simfonies (=consonàncies) i de les seves espècies i dels vuit tropus o sons.

Pel que es veu, Oliva potser no va conèixer a temps el sistema de l'abat Odó de Cluny (†942). Odó prenia ja el monocord com a instrument pràctic i com a mitjà de suport per al cant; per això es va imposar definitivament amb Guido d'Arezzo (1020-1040) que el prengué com a fonament de la pràctica musical, i en va aixecar un sistema de sons que durà fins al segle xv.

El monjo Oliva, en la seva instrucció al tractat, conta per què el va escriure. Segons ell, tenia un amic monjo, de nom Pere, el qual estava frisós de conèixer de prop l'art de la música, donat que coneixia bé les altres arts i ciències. Aquell Pere esperava d'un amic que li enviés uns llibres de música que ell li havia demanat i havia tramès «nuncios per vicina cenobia petendorum librorum causa». Mentrestant, però, els llibres no arribaven, i ell es delia conèi-

xer «mensurandi monochordi regularis rationem». En replicar Oliva que la tal cosa la descrivia ja Boeci «in omni disciplinarum genere prudentissimo hujus artis scriptores», insistia encara més l'amic, i Oliva es veia forçat a escriure «ne beneficiorum tuorum immemores videremur», i ho feia «ex repetite memorie promptuarii».

De tot això es dedueix que no solament a Ripoll es coneixia la teoria musical i en guardaven els tractats, sinó que hi havia altres monestirs catalans on es conreava la ciència de la música. L'amic Pere seria, però, ben entès ja en altra mena de teoria musical, per tal com Oliva, en finir el *Breviarium*, li recomanava «si quid in ea commissum fuerit, cum plenariam facultatem cognoveris», que ho corregís amb tota llibertat. De moment, no sabem qui seria aquell monjo Pere; sols direm, de passada, que Ripoll tingué al seu *scriptorium* un monjo eminent de nom Pere.

Sense més comentaris, sols direm que qui vulgui conèixer en detall el tractat del monjo Oliva, cal que estudiï el llibre de Sigfrid Wantzloeben, *Das Monochord als Instrument und als System* (Halle/S. 1911).

## INTRODUCTIO

Cum multimode curiositas instantissima studia feruentissimum tui animum discendique cupidum ad quidquid scibile sollicitarent, artemque musicam precipue, quia iam de ceteris aliqua noueras, impatientissima cupiditate desiderares, a nobis tandem totius beneficentie gracia obsequendo quod te eam pro facultate noticie doceremus, si librorum copia suppeteret, obtinuisti.

Cum autem nec libros quos ab amico tuo quodam sperabas, qui tibi non dederat, inuenisses, et ex his quę uoluntati tuę maxime inerant quid aliud faceres non haberes, cum iam nuncios per uicina cenobia petendorum librorum causa delegasses, mensurandi monocordi regularis rationem affectione preoccupatoria poposcisti. Quod cum non oportere facere respondissemus, quoniam a Boetio, in omni disciplinarum genere prudentissimo artis huius scriptore, post perfectissimam a ueteribus philosophis translationem plene ac euidentissime describeretur, tu quidem uehementius ut id tibi fieret incubueras, obsecrando, etiam, si qua tui erga nos beneficia quandoque profecerant, debitum retributio-  
nis nullo modo negaretur precedenti famulicio gratissime largitionis.

Qua ex causa, ne beneficiorum tuorum pronique in nos famulandi habitus immemores uideremur, ex repetitive memorię promptuarii ambigentes, tamen, utrum impudentie tue sufficere possemus, an earum partem quę in musiciis (*sic*) Boetii continentur attingere aggressi sumus. Quorum rationem quantula-

cumque sit solo tamen tui amore susceptam ne efficatię confidentia familiariter nulli alii publicandam tibi soli afferimus. Sed si quid mei commissum fuerit cum plenariam facultatem cognoueris, non adeo redarguendum in minus perfectis repetite memorię arbitraberis. Cuius in presenciarum haec summa est:

#### DIVISIO MONOCORDI SECUNDUM GENUS DIATONICUM

Cum omnis musicę ratio tribus in generibus versetur: *diatonicum*, seilicet, *cromaticum* et *enarmonicum*, regularis monocordi diuisio secundum prefata genera omni modo uidetur triformiter uariari. Cuius quidem rationem primum diatonicum, quia et comuni musicę familiariter seruit, per quinque tetracordorum uariationes expediat. Quorum hominum interpretationisque ratio sic habetur:

Ipaton, ab ipatis, id est, graubus; Meson, a mediis; Sinemenon, a sinembris, id est, coniunctis; Diezeugmenon, a diezeugmenis, id est, disiunctis; Yperboleon, ab excellentibus. Predictorum, uero, duorum: sinemenon ac diezeugmenon, alterum a coniunctis, alterum a disiunctis, ideo dicitur, quoniam sinemenon duobus tonis emensis ad mesen, semitonio coniungitur; diezeugmenon, uero, tono seiunctum a mese, duobus tonis ac semitonio, diatesseron simphonie debitam seruitutem expendit. Sed quoniam unius cordę in plures uoces, quas cordas dicimus, facienda est sectio, ipsarum cordarum quę a Boeicio traditarum nomina adscribenda uidentur, quę pro his diapason consonantiam difuse unicuique octo troporum in quibus totius musicę abundatia continetur plenam sui corporis substantiam profitentur. Quarum nomina hec sunt: *Proslambanomenos*, *Ypate ipaton*, *Perypate ipaton*, *Lycanos ypaton*, *Ypate meson*, *Perypate meson*, *Lycanos meson*, *Mese*, *Trite sinemenon*, *Paranete sinemenon*, *Nete sinemenon*, *Paramese*, *Trile diezeugmenon*, *Paranete diezeugmenon*, *Nete diezeugmenon*, *Trite yperboleon*, *Paranete yperboleon*, *Nete yperboleon*.

Quod enim modo siue tonis siue semitonis a se prescripturarum cordarum spacia discrepent, subiecta descriptione clarebit:

Quum opposita dispositione cordarum differentie patuerint, nunc ad propositę diuisionis rationem sequentia conuertamus: Primum, igitur, omnium totius monocordis (*sic*) diuisio in duo equęa sumitur, eodemque modo unaqueque medietatis pars in duo iterum equalia separatur. Que quidem partes iam quattuor cognoscuntur: proslambanomenos, licanos ipaton, mese, nete, yperboleon. A proslambanomenos enim ad licanos ypaton, diatesseron consonantia continetur; a licanos, uero, ypaton ad mesen, diapente simphonia concordat; que quidem mese ad nete iperboleon, diapason.

## DE SIMPHONIIS EARUMQUE SPECIEBUS

Sed ne simphonias proponam, antequam de ratione earum quicquam || tractemus, dicendum uidetur quot sint, quae mensura constant. Sunt enim tres, quibus quarta additur: Due simplices, due uero composite. Diatesseron et diapente, diapason ac bisdiapason. Diatesseron et diapente simplices; diapason ac bisdiapason composite. Quę quidem, ideo composite, quia priorum compositione iunguntur. Constat enim diapason, diapente ac diatesseron; bisdiapason, uero, quibus constet ipsa nominis interpretatione cognoscitur. Diatesseron, enim, quam simplicem diximus, quia prior erat et aliis simphoniis nullomodo componebatur; constat tamen duobus tonis ac semitonio; Diapente, uero, in qua eadem huius rei ratio consideratur, tribus tonis ac semitonio compaginatur. Tonum, autem, esse noueris, quando sesquioctaua proportione colligitur; semitonium, uero, quod non pleni toni mensuram attingit. Qua proprietate, quoniam consonanciarum toni ac semitonii ratio patuit, diuisio spaci, quod est, a mese ad proslambanomenos, hac dimensione probetur:

A mese enim usque ad terminum ultimum in octo partes fiat diuisio, harumque octaua mese superponatur, signeturque corda licanos meson, sesqui-octaua proportione collecta. Eodemque modo, a licanos meson collecta, superponatur octaua, describatque peripate meson. Collectis igitur duobus tonis a mese solum per eum semitonium ad diatesseron constituendam, quod hoc modo proueniet:

A mese enim uersum spaciū triparciatur, terciaque pars super addatur; quo facto, facillime semitonium pernotabitur, diceturque determinatio illius ypate meson. Preterea, ab ypate meson simili modo ad diatesseron constituendam, duo toni hac semitonium usque in ypate ypaton constituuntur, a qua proslambanomenos tono distabit; quę cum prefatis duobus tonis ac semitonio diapente consonantiam reddit.

Hac igitur ratione totius diapason corpore proporcionaliter emenso, nete iperboleon spaciū ad mesen legitime dimensionis censura requirat. A nete, igitur, yperboleon ad nete diezeugmenon supradicta ratione octuarum parciū super adiectione tercieque eius partis spaciī a quo octuarum collectio fieri ceperat, diatesseron simphonia succrescat. A qua quidem nete diezeugmenon duo toni ac semitonium predicta ratione collecti, usque in paramesen constituantur, inter paramesen ac mesen tono more solito interueniente.

Quibus hoc modo ordinatis diapente simphoniā consonare uidebis, quę cum diatesseron sequente duple proportionis, quę est diapason, uniuersitatem adimplet, quę inter mesen et nete yperboleon uera ratione colligitur.

Sed quoniam quinque tetracordorum genera proposuimus, quattuor quidem suo ordine locis propriis conlocantes, quintum quod superest qua censura proueniat aperiamus:

Diximus superius a nete yperboleon ad mesen diapason consistere simpophoniam, in qua quidem illud inherat tetracordum, quod a nete yperboleon inciens in nete diezeugmenon usque descendit. A qua quidem nete diezeugmenon || toni ratio procedat, nete sinemenon suo loco constituens, a qua in trite sinemenon duorum tonorum ratio continuetur. Inter hanc igitur et mesem spaciū quod relinquitur, sinemenon semitonium quadam suauitate decantat ad mesen coniunctum faciens tetracordum. Hac igitur ratione mensure totius diatonici generis corpus existit, per quod quidem reliquorum duorum generum chromatici (*sic*), scilicet, hac (*sic*) enarmoni[ci], quodam modo poterit dimensionis ratio declarari. Quam quidem hoc modo constat haberi:

#### DE GENERE CHROMATICO

In diatonico, igitur, genere, a nete yperboleon in nete diezeugmenon, tetracordum diatesseron efficiens, duorum tonorum ac semitonii mensura constabat. In cromate, uero, continui unius triemitonii ac duorum semitoniorum legitima spacia continentur. Quę qua dimensionis ratione inueniantur, hoco modo patebit.

Ad tria, enim, semitonia colligenda, a nete yperboleon ex utraque parte duorum tonorum mensura legitima componatur; ex ea autem parte qua tonus exterior terminatur, tercia pars eius spacii duobus superponatur, sique unius toni ac semitonii continuatio, quod triemitonium dicitur, facilime inuenitur.

Hoc etiam in ceteris pernotando, quatenus sicut in diatonico genere unumquodque tetracordum duobus tonis ac semitonio texitur, ita in chromate (*sic*) semper triemitoniorum continuatio ac duorum semitoniorum diuisa spacia collocentur. De quibus quidem semitonii post triemitonium constitutendis, hec certę dimensionis ratio habeatur. Propositis, enim, a nete yperboleon duobus tonis, interposito tamen ibi triemitonio, qua ratione superius diximus, spaciū quod relinquitur semitonii maioris, quod apotome dicitur nomine, pernotatur. Alterum, uero, duobus eisdem tonis ab eorum exteriori termino pars tercia superadiecta monstrabit. Quod in ceteris huius generis tetracordis fieri pernotabis.

Quoniam diatonici generis et cromatici dimensionis legitime rationem per sua tetracorda descripsimus, de tertio, quod superest, armonia scilicet,

expediamus. Cuius quidem dimensionis ratio longe a ceteris duobus diuisa cognoscitur, haud tamen difficilis, si diatonici generis per tetracorda sua mensura sciatur. Patuit enim, diatonici generis tetracorda duorum tonorum uniusque semitonii compositione formari, cromatici, uero, trisemitonii unius continui duorumque semitoniorum spaciis contineri. In enarmonio, uero, hanc colligas uniuersali ratione mensuram: Uumquodque, igitur enarmonios tetracordum ditoni unius continuationem ac semitonii quidem in duas diesis separationem, per totam sui corporis uniuersalitatem requiri; quod proculdubio fieri, doctoris nostri Boecii auctoritate firmatum, ab omnibus huius artis lectibus uerissima ratione credatur. Hoc tamen in unoquoque trium generum sinemenon tetracordo diligentissime pernotato, quod ad mesen semitonio coniuncto in diatonico duos tonos constituens, in cromate, eodem semitonio constituto, semitonium per se constans trimitoniumque continuum, in enarmonio, eodem iterum semitonio in duas diesis separato, ditonum collocando, hanc certe rationis mensuram compones.

Jam igitur totius regularis monocordi dimensionis legitime || ratione perspecta, quedam de semitoniorum ratione tractemus. Diximus, enim, tonum in sesquioctaua proportione constare, cuius sectionem in duo equa fieri non patitur ratio; et ob id, semitonium non dimidia toni pars, set non plena dinoscitur. Qua ex causa, cum toni diuisio in duo semitonia inequalia sit, constat, ueraque ratione colligitur, unum eorum maius, alterum minus esse, quorum minus lima, maius apotome nominatum ab antiquis artium scriptoribus traditum palam esse cognoscitur. Quo autem loco in ipso monocordio euidentissime cognosci possint, facile dabimus experimentum.

Verum, quia in diatonico genere cum plura semitonia per sua tetracordia incident, nunc sit agnoscere quę maiora minoraue sint. Ad hoc cognoscendum, diuisi chromatis spacia prouidenda querantur; in eo, enim, post triemitonii emisi spaciū, duo semitonia commanentia per singula tetracorda ponuntur. In quibus id certissime denotetur, quod semitonium post triemitonium continuum collocatum, maioris semitonii, quod apotome dicitur, ratione formatur; minoris, uero, sequens semitonium nomine, quod lima est, pernotatur. Semitonii, preterea, diuisionem in duas diesis per singula enarmonici generis tetracorda superius dixisse, sufficiat.

Sed quia superius tres simphonias, quibus quarta ex eis composita addebatur, esse descripsimus, eas iam nunc in species deducamus. Diatesseron, enim, duobus tonis ac semitonio constare sepe monstratum est, quod quidem semitonium mutationis suę uice omnium simphoniarum species format. Quot enim loca in unaquaque simphonia mutare poterit, tot eorum species uera

ratione conficit. In diatesseron, enim, tres species esse cognoueris, quia toutes posse cernitur permutari; in diapente, uero, quia trium tonorum uniusque semitonii est, quattuor loca uicisitudinis uariatione suscipiens, quattuor diapente species facit. Preterea, diapason cum diapente et diatesseron consonanciis componatur, quinque tonorum duorumque semitoniorum compaginazione constare cognoscitur. Quę duo locorum  $\text{vii}^{\text{em}}$  uariatione premisa, septem diapason species eficiunt.

#### DE OCTO TONIS SEU TROPIS

Ex diapason igitur speciebus, cui adeo cuncta prosequendi studium fuerit, cognoscere poterit, bisdiapason species non posse ignorari. In cuius etiam corporis octo troporum substanciam consistere cernimus, fundamus. Quorum quia diuerse nature uariorum sunt, diuersis a qualibet gente susceptis, apud quam uersabantur suis uocabulis nuncupati, quorum quidem quattuor principalis nature et diffusioris continentie sunt. Ex quibus reliqui quatuor sue rationis uim totamque suorum corporum matheriam sorciuntur, quorum omnium nomina sin habeo: Dorius, et qui sub eo est, ypodorius, a dorio dictus; Frigius et qui sub eo est, ypofrigius, a frigio dictus; Lidius diriuatiuus eius, ypolidius; Mixolidius, subiugalis eius, ypmixolidius.

Omnis, igitur, totius musice facultas per hos  $\text{VIII}^{\text{o}}$  uersatur, quos tonos uulgares cantores solent dicere, recto nomine, tropos uocando, cum non solum pluribus tonis, uerum etiam consonanciis pluribus constantes latius difundantur. Per hos igitur mela discurrunt; || nec quisquam in totius musice uarietatis inuenitur quod non alicui eorum uerissima ratione subdatur. Quia igitur totius huius artis uniuersalitas in eorum fundamentis consistit, qua certa rationis regula contineantur, adiciendum uidetur. Tria enim in unoquaque eorum peruidenda concurrunt: terminalis depositio, finalis commoratio, determinata progressio. Quorum rationem in sequentibus demonstrabimus.

Diximus superius,  $\text{VIII}^{\text{o}}$  modorum melis facultatem huius artis administrari; ex quibus  $\text{III}^{\text{or}}$  naturę continentia principaliter reliquos precesserant, eosque quasi suorum corporum matherie conformabant. Sed quia ita haberi palam esse, quo quasi instrumento capitis informent, quedam quibusque duobus utensilia proponam: Claruit autem in superioribus diapente consonantiam speciesbus  $\text{III}^{\text{or}}$  contineri, quę quidem ad informationem predictorum troporum quasi quedam utensilia et inchoationis iniciamenta fixa locis propriis proponuntur. Cognito autem cui eorum quidlibet quod canitur subiciatur, si sub primo dorio uel sub ypodorio continetur in ea diapente specie, quę a meses incipiens semito-

nium finali tono coniunctum retinuerit, informati capitis officium celebrabitur. Sub frigio uero vel subiugali suo compositum predicte consonantie semitonium proprie finalis determinatione concludet; lidii, vero, vel ypolidii mela capitale preferens semitonium eadem simphonia trium tonorum finali determinatione formabit; mixolidii, autem, vel subsequentis ygomixolidii corporis semitonium capiti subiunctum, post duorum tonorum sequentia finali determinata conformandum suscipiet. Et sic he quattuor species diapente VIII<sup>o</sup> troporum informatiuarum instrumenta dicuntur, finales eorum in extremis fidibus collocantes. A quibus quidem finalibus usque in earum octauas IIII<sup>or</sup> troporum principalium paratur ascensus, et in quintas quidem percuruatur descensus. Reliquorum uero IIII<sup>or</sup> ab eisdem finalibus ex utraque parte siue ascensus, siue descensus, quintarum determinatione comprimitur.

### EPILOGUS

Et quoniam regularis monocordi mensuram per tria genera descripsimus, simphonias earumque species cum tonis ac semitonis edocuimus, VIII<sup>o</sup> quoque modorum rationes per quinque tetracordorum uariationes exposuimus, et quidem quidque horum esset, quae ratione constaret, que omnium uocabula essent et a quibus dicerentur, pro captu memorie fraterne noticie subiecimus, jam nunc parui operis sentencias terminemus. Nec nos obtrectantis lingue preiudicia mordeant, nec ob latrantis inuidie iurgia detraant, uel iniuria condempnet. Cum quanta sit cuique memorię penuria uideatur, multorumque negotiorum occupationes quemque detineant, studiorum quoque diuersorum affectiones quominus erga unum aliquid quisque ualeat multiphariam contraant.

Quocirca, frater amantissime, Xto mente pia, monachus subiectus Oliva, hoc breuiarium prerogatiua tuę dilectionis assumptum, placida benignitate suscipias. Si que etiam deerint, concordi karitate subiungas; indigne posita, prona facilitate comutes (*sic*); superuacanea, iudicio equitatis excludas, uerum, tua tibi huius conscriptionis rogatione compendium, debita, rogamus, ratione defendas. Item, quam tenuis opusculi non meretur effector, laurealis serti uitata, coronetur assertor.

### VERSUS MONOCORDI

Maiores tropos, ueteres dixere quaternos,  
Omnibus ac proprios istis posuere minores;  
Tertius at quartum fert, primus iure secundum,

Sextum nam quintus, octauum septimus ambit.  
 Maior in ascensu cordas sibi uendicat octo,  
 Finali a propia, et quinis descendit ab ipsa;  
 Sicque minor quinis constat superis et in [f]imis,  
 Quatuor in cordis post mesen continuatis,  
 Troporum finis cunctorum cernitur omnis;  
 Post mesen quinta primus finitur in ipsa,  
 Qualiter est tropis cantus quoque subditur omnis.  
 Principio metuque sui denotat *Gloria Patri*.  
 Fine quidem cantus monstratur perpeti tropus,  
 Ut pateat cantus, constet, si legibus aptus,  
 Simphonias recte diatesseron et diapente,  
 Melis intensas, attendes necne remissas.  
 Iam nunc, Petre, tibi placeant uersus monocordi,  
 Quos prece multimoda monachus tibi fecit Oliua,  
 Hic, Petre, mente pia frater te poscit Oliua,  
 Emendas recte, quod uideris esse necesse.

En el mateix manuscrit 42 de Ripoll, foli 6, finit ja el tractat del monjo Oliva, amb mà d'altre copista, hom va escriure un arbre musical amb les divisions segons consuetud de l'Edat mitjana. Per l'interessant del cas i pel que es diu en la *Prosopopeia* annexa, el reproduïm a continuació:

La *Prosopopeia* té un preu gran per a nosaltres pel fet de parlar tan clar de l'abat Oliva com a poeta i com a músic, i dels monjos Arnaldus i Gualterus, tan sovint comentats pels historiadors de l'art i de la literatura de Ripoll:

«Sede sedens diua, comes, abbas, presul Oliua      tri  
 Rimans cum studio, quid musicet eufona Clio,      Oliva  
 Me fore de legit; arnaldus iussa peregit,      ni  
 Qui iussus peragit quicquid laudabile sentit;      Arnaldus  
 Gualterus uero de fonte regressus hibero      tas  
 Formis signauit numeris signata probauit.      Gualterus»

#### HIGINI ANGLÈS


Institut d'Estudis Catalans, Barcelona,  
 Pontificio Istituto di Musica Sacra, Roma.

diapason consonantū diffusus. unicuiq. octo tropoz in quib. totius musicæ abundantia  
 continetur plenā sūi corporis substantiā p̄stent. Quarū nra hec est PLAMBNOMENOS.  
 YPATEIPATON. PERYPATEIPATON. LYCANOSYPATON. YPATERESON. PERYPATERESON.  
 LYCANOSMESON. MESE. TETEGINAELEMON. PARANITESIOPHON. NETEGINAELEMON.  
 PLAMBESE. TRITEDIESEVAGALNON. PARANETEBSUGALNON. NETEBIESEVAGALNON.  
 TRITEYPEROLEON. PARANETYPEROLEON. NETEYPEROLEON. Quo h̄ in siue omni siue  
 semitonii. ait p̄scriptari cordarū spacia discrepā. subiecta descriptione clarebit.



Apposita dispositione cordarū. differentie patuerū. nūc ad apposita divisionis rationē  
 sequentia cūteratur. Primūq. omniū totius monochordi divisionē. in duō equea sumit.  
 Cōdēq. in unaqueq. medietatis pars in duō iterū equalia. separantur. Que quidē par-  
 tes unūquatuor cognoscuntur PLAMBNOMENOS. LYCANOSYPATON. MESE. NETEYPEROLEON.  
 A proflambanomenos et ad lycanosypaton. diatesseron consonantia cūtēntur. Alia  
 nos ypaton. ad tressen. diapente symphonia cōcordat. Quę qđem mēsc. ad nete  
 yperoleon diapason. Sed nesimphonias pponam. ante quā deratione earū quicquā

# TABLDEF6 & GcdeFTabes



LÀM. III. Arxiu de la Corona d'Aragó, ms. Ripoll 42, fol. 6r.